

Alte Drucke

**Iacobi Cuiacij IC.|| DE RATIONE || docendi Iuris || ORATIO.||
HABITA JN SCHOLIS || Biturigum.||[Hrsg. v.
(CHRISTOPHORVS COLERVS.||)]**

Cujas, Jacques

Straßburg, 1585

VD16 ZV 25072

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149770

Iacobi Cuiacij IC.
DE RATIONE
docendi Iuris
ORATIO.

HABITA ꝑN SCHOLIS
Biturigum.



ARGENTORATI
Excudebat Antonius Bertramus Academiae
Typographus.

JACOBI CRUICII IC.
DE RATIONE
docendi Iuris
ORATIO
HABITA IN SCHOLA



MARGENTORATI
Excudebat Antonius Bertramus Academicus
Typographus.



Nobiliss. Iuueni
 Vincentio Bluchero
 Eq. Pomerano
 S D.

CHRISTOPHORVS COLERVS.



Ntè aliquot menses Iacobi Cuiacij
 CL.V. Epistolam de discendo Iure
 publici iuris feci. Nunc eius-
 dem præclari Doctoris Orationem
 de docendo Iure Germania osten-
 do. Dum hoc ago non laudem ullam quero.
 absit à me talis ambitio. licet gloriolam ali-
 quam ex proprijs venari. Sed quia ille vir pla-
 nè admirabilis fuit, mihiq, quod sciam, unicus
 in hoc studio magister, diutius eam in scrinijs
 latitare non sum passus. Pascitur non tan-
 tum Gallia, sed universa Germania erudita
 & iucunda Cuiacij lectione. Accepi eam

A 2

à nobi-

à nobiliss. viro Iacobo Bongarsio, Christianis-
simi Regis legato, cuius in me amorem & be-
nevolentiam singularem sæpius exosculari so-
leo. Tibi verò, mi. Vincenti, eam do dicoq;
ut & multi alij intelligant te à me non
vulgariter amari. Vale. Argen-
torati XXIV. Novemb.





IACOBI CUIACII IC.

DE RATIONE DOCENDI IVRIS.

ORATIO.

QUod impositum mihi laboris & officij in aperienda Schola, vt commune quasi totius Collegij huius munus exsequar, id memini me iamolim subijsse sapius, & quidem cum voluptate quadam, atq; alacritate & excelsitate animi, cum melior mihi ætas suppeditabat ex inopia fortè rerum, vt fit, maiorem verborum copiam. In mala hac quam gero, copiarum aliquāto maior, multum decoxit ex verbis: vt quorum satis magnus est fructus in sensibus, eorum plerumque in verbis parvus suspectus esse solet. In me certè obtorpuit planè omnis illa vis vbertasq; dicendi, & quæ olim velut torrens concitatissimè ferebatur oratio,

ORATIO DE RATIONE

tio, hodie velut placidum flumen sedatissi-
 mè fluit. Quò fit vt nec ea argumenta, ma-
 ximè quæ in medio posita & nullius non ser-
 mone celebrata facile peroranda suscipiam,
 rara fugientiæque consuectæ libētius; de lau-
 dibus nimirum Iurisprudentiæ, quo argu-
 mento hoc ipso die in scholis nullum est fre-
 quentius, dicere pudet pigetque. Nam præ-
 terquam quod vulgaris ea materies est, nul-
 lam in me sentio facultatem vt rem tam ex-
 cellam tamque diuinam pro dignitate qua
 exsplendescit, verbis augere, vel æquare, el
 ornare possim: detriuerim potius ex ea ali-
 quid, si tentauerim. Huiusque rei etiam me-
 tu ab ea me spe non penitus, & aliare quacun-
 que tali, quæ sui magnitudine minuendi
 metum faciat, amplificandi verò spem om-
 nem auferat. Sed & illud quod non minus
 frequenter hoc ipso die vexatur in Scholis de
 ratione docendi & discendi Iuris, ad meum
 animum non respondet. Quot enim hac
 dere sunt iudicia doctissimorum hominū,
 quot publicè euulgatæ sententiæ? & variæ
 qui-

quidem omnes, nec consentientes inuicem;
suam quisque quam putat affingit metho-
dum modumque. Nec enim negari potest
quot capitum viuunt, tot viarum patere in-
gressus ad capeflenda artium omnium stu-
dia. De fortuna dici solet, vnumquemque
esse fabrum suæ fortunæ: Idem de methodo
vsurpare licet, suam sibi quemq; fingere me-
thodū: & artem quidē vnam esse quæ osten-
dat quid sit bene docere & quid sit bene dis-
cere; cæterum, viam nō esse vnam bene do-
cendi benēq; discendi; verū vt quisq; artē
dicendi & disserendi apprehenderit, ita pro
captu suo eam sibi aperire ac munire viam
ad eam rem. Nec igitur eum tantū qui ar-
tem tenet quam profitetur, sed etiam qui ar-
tem illam asseruat, quam qui tenent, eruditi
appellantur: vel si non hanc quoque, saltem
rationem rectam sensumque communem.
fateor enim sine illa Iuriscōsultum aliquem
reperiri posse, vt de Trebatio legimus, in quo
pars illa non fuit: At verò sine sensu commu-
ni, neminem vnquam Iuriscōsultum exti-
tisse

tisse perseuero atq; confirmo. ac propterea,
 posse illum, vt Trebatium, magno vsui esse,
 qui quidem nō habeat quomodo dicat, ha-
 beat tamē quod dicat: hunc qui sensu com-
 muni caret, quod neutrum habeat, tanquam
 humanis aurib' inutilem, procul amandan-
 dum esse. Verū cū ex his quæ dixi paulò
 ante, liqueat satis, nullam esse certam & vni-
 cam rationem docendi aut discendi iuris,
 aut si quam quis sequatur, quæ eadem sit op-
 tima, non esse eam *Id est in vno*, quod & de omni
 virtute Socrates affirmat, nec posse monstra-
 tam ab vno, facile percipi ab altero; alioqui
 frustra sit, si quis in ea quam nouit, & sequi-
 tur, commonstranda, alijs non eodem, sed
 si quo maiore, aut minore ingenio præditis
 aliam omnino sibi ab animo viam sternere
 & communire parat, is futilem & inanem,
 quæ nimirum cedit in vanum, nauarit ope-
 ram. Malim etiā hoc tempore, quod ipsum
 vt labitur, exigere videtur, si opus est auri-
 bus, ad vos quoq; quod obiter attigi supra,
 paullo sollicitius liberiúsq; de eo instituere

esse

termo-

fermonem: Nempe de ijs, non quidē omnibus, sed de maxime necessarijs, quæ in eo qui iuris interpretandi curam suscipit, desiderari & seruari debere videntur. Jamque igitur, scilicet pervos, hanc mihi causam agere, legi illum vellem à principibus rerum dominis, ut antea factum est hac in Schola, ut fit etiam in alijs plerisque celeberrimis Italiae & Germaniae. Nam præterquam quod viles se fecerunt qui ultro munus adierunt, plerumque videas non nisi imperitos sese inferre, imperitia faciente confidentiam: cum ex diuerso, summa eruditio non mediocrem metum faciat. Imperitorum, attrita: peritorum, mollis & imbecilla frons est. Sic fit ut illi efferant se scientia iuris quam animo præsumpserunt, non alia: hi, exemplo Socratis, nihil se scire profiteantur, nisi nescire. illi nihil non audeant & tentent; & quæ monstra hodie non pariunt? quæ monstra non ferunt? hi contra hoc solum habent, ut assequantur maiorum ingressus, nec temere ab eorum prudentia desciscant, ac præceptis, quæ tanquam fun-

B

damen-

damenta quædam posuerunt disciplinarum
omnium. Denique sudor omnis hisce bo-
nis & cordatis viris hodie in hoc, vt retegant
quæ illorum temeritas abstruxit atq; damna-
uit: restituant quæ corripuit atque deleuit.
Quæ omnia cum sint manifesta, satis fideni
faciunt quam mutent longèque distent qui
honores sequuntur nec appetunt, ab ijs qui
appetunt nec sequuntur; quique adeò im-
portunitate quadam animi præsentis, modò
hunc, modò illum, totis viribus in docto-
rum sedem, qui honor est non minimus, aut
furtim irrepere, aut violenter irrumperere co-
nantur. Itaque non immeritò vt legantur
publice vel sublegantur, nec ambientes aut
cogitantes quicquā de se commodi vè suis,
desidero, imò & posco ac flagito. Laudis,
honoris & gloriæ satis habet habebit vè, qui
fecerit rectè, nec quæserit quicquam ampli-
us; alioqui, me auctore vel subscriptore, ne-
mo vnus vnquam aliter optauerit. Mores
enim imprimis eius spectandos reor, qui
optandus è multis & quasi edecumandus
est.

est. Nam si doctrinæ non respondent mo-
res, quisquæso fructus ad studiosos perueni-
re poterit? quémve iuris præceptor qui cap-
turam quærit, & lucrum duntaxat spectat,
fructum ferat, quem demetant alij, qui non
alij studet. sed sibi soli? ac ne sibi quidem, vt
plus ac melius quicquam sciat, sed vt facul-
tates suas augeat. Quare fit, vt eam quoq;
artem quam tractat, tractet inconditè, infe-
licitérq;, ne dicam turpiter & foedè. Exem-
plo nobis sunt medici, quos ferè omnes
transuersè agi immani & effrænata habendi
cupiditate, consentiens fama est. Quæ ex
eorum opera, nisi perraro aut fortuitò magis
quàm arte, ad ægros sanitas & leuatio dolo-
rum? Quæ non labes potius ac perniciēs?
quòd coniuges, parentes, liberi, vt cum Ac-
cio loquar, orbificantur pernici letho & ta-
bificabili. Nempè quia auaro quicquid agit,
non potest non infelicitè succedere: quia
cum Deo nihil agit; &, vt ait Euripides, *οὐδὲν*
φρονεῖ δικαίον εἰδὲ βούλεται. Vitium hoc certè, quod
cæterorum Metropolis esse dicitur, in iuris

Hoc est
nihil sapit
nec vult
quod æ-
quum &
fas sit.

B 2

pro-

professore teterrimum & foedissimum est; quem nobilem, vel, si genere iam nobilis sit, nobiliorem iuris scientia facit, vt de Saluio Iuliano legimus, iuris prudentiam nobiliorem eum fecisse, quàm maiorum claritatem vel præclaræ gestos in Rep. amplissimos honores. Verùm, vt cætera quæ desidero, quæve res ipsa desiderat, sequar: & illum quoque à nostro ordine arceri volo, indocilis qui est, qui comperto vel indicato errore aliquo, sibi dissimulans sustinet esse confectus, (contra quàm fecerunt potiores qui sunt auctores iuris, Scæuola & Papinianus, quibus pudori non fuit mutare quod multis annis non senserant modò, sed & approbauerant. Quod & de Hippocrate refertur, & M. Tullio, qui iam editos suos libros, veluti Catullum & Lucillum, postea damnauit. Et omnino ita res est, non nisi qui melior & doctior facile mutat sententiam in melius: quia nec vnquã sibi satisfacit, immò calumniatur sæpennimero & subinde damnat seipsum. Idem quoque in Doctore nostro requiro,,

DOCENDI IURIS.

II

quiro, ut nihil unquam tradat obscure in iure, quod non redigat ad æquitatem & facilitatem iuris, & quod tradit, patefacta ratione, quæ & iuris animus, & medulla dicitur, præclare & perspicue tradat. Quod enim mihi iuris interpret, nisi versetur & sit in eo quod in poeta Aristoteles exigit, τὸ τίθεται τὴν πράγματι, siue, res palam ante oculos ponere, & in bono lumine. Quid enim *εὐκλείδης* illi Heraclito similes, nisi cruces atq; tormenta? quid item turpius quam id esse ipsum obscurum, quod in eum solum adhibetur usus, ne sint cætera obscura. Ab his nebulis nebulonibusque dicti sunt procul dubio nodi iuris, dicta legum ænigmata: non à legum conditoribus, auctoribus nostris, in quibus facilia omnia peruiæque comperies, si exotici nihil admiscueris, si inde veluti ex fontibus, aquam viam hauseris, nec lacunas aut lamas confectatus fueris. Namque, ut ait ingeniosus poeta.

*Multum crede mihi refert, à fonte bibatur
Quæ fluit, an pigro quæ latet vnda lacu.*

B 3

Et

Et faciliora quidem in iure ad intelligendum, lucidioraque Dei, beneficio, hodie omnia nemo est tam cæcus animi qui non videat & sentiat, cui modo libido fuerit uti Pandectis Florentinis, quorum castissima & emendatissima scriptura factum est ut magna pars conciderit Commentariorum inanum, quæ Doctores Itali (huius enim sectæ pauci sunt Germani & Galli) glossis adiecerunt, quas alioqui per se solas plurimum commendat docta & concisa breuitas. Glossæ inquam, ut vulgus loquitur, ut propriè loquar, Scholia, sunt, ut Fabius docet, interpretationes linguæ secretioris, siue vocum minus vsitatarum, quæ verbum pro verbo reddunt: ut glossæ Philoxeni, glossæ Isidori, glossæ veteres quas Sosipater sæpe in testimonium vocat. Scholia hoc amplius, & in vsum vel speciem similes locum notant & distinctiones varias atq; sententias priorum interpretum, Irnerij, Ioannis, Iacobi, Vgolini, Bulgari, Rogerij, Cypriani, Martini, Placentini, quorum magna pars fuit in consilio
FridERICI

Friderici I. Imperatoris. Et ex his quidem distinctionibus sententiisque varijs, etsi fieri non possit ut plus una vera sit, in usu tamen est, in ea quaerenda, tum in excutiendis cæteris exercere se & exacuere: atque ita complurame Scholia legisse profecto non poenitet: his dum potior facile transuolo illis aliquos adglutinare Doctores longe latèque recedentes à Iuliano, Papiniano, & Scholiorum quoque illorum auctoribus, qui verbis ad intellectum rei qua de agitur ultra quam satis est, utuntur. Absit igitur ut hæc Scholia (quod faciunt quidam male fani & inexperientes rei quam tangunt) comparem panno insuto purpuræ. Sed ne longius abeam, fateor ius etiam ciuile lucidius effecisse plerosq; bonos auctores maioribus nostris inuisos inauditósque; simul & eos qui eorū usum introduxerunt, & congruentibus locis accommodauerunt. Ingratissima hæc ætas est, nisi concedat; & Deo omnipotenti gratias, agat, qui, ut cæteras, ita & hanc disciplinam luce & spiritu suo complere voluit.

procul fugatis tenebrosis interpretibus: ut
 quod de medicorum Græcorum doctrina
 dixit M. Cato, iam satius suaviusq; sit eorum
 literas inspicere quàm perdiscere. Nondum
 pertexui quæ sum exorsus. Nam in paran-
 dis insuper his quæ iuris professor in Scho-
 lam adlaturus est, summam diligentiam, in-
 tradendis, summam Religionem & fidem
 requiro: Cæteroquin, nihil patefacere, nihil
 cōparare sibi vel studiosis poterit. sibi enim
 nullum nomen, studiosis nullum aut medi-
 cum fructum; imò de suo nomine damnum
 fecerit aliqua ex parte, de studiosis in athenis;
 qui incuria & negligentia professoris com-
 moti, præsertim qui eximio & illustri inge-
 nio pollent, inde sese proripiant & ad amœ-
 niores literas mittant, ut de seipso Ariostus
 lectissimus ille poëta conqueritur, hoc fere
 sensu; ignavia, inertia & incuria me prorsus
 iura docentium conspuraui: nec patienter
 ferens, subduxi me protinus, & addixi Ca-
 mœnis, à quibus benignissimè sum exce-
 ptus. Eare moveor & tangor ad tradendum;

vt nunquam quisquam iuris professor quicquam afferat in Scholam quod non exquisitum cogitauerit & ponderauerit rationibus omnibus. Nescio vt alij se hoc in negotio gerant. Equidem ego Periclis Atheniensis exemplo, tacere malim quàm ἀντιπαρῆς, siue imperatus, prodire in publicum. Tanti est apud me multorum annorum sudoribus & vigilijs collecta existimatio quædam, vt eius nolim in hoc puncto temporis periculum adire: quod & cæteros sequi non solum suadeo, sed etiam rogo, sicut præceps cuique fama, quæ verè sola gloria nominari potest. Cum sint ad hæc multa alia, hæc sunt præcipua quæ iuris professori inesse meus optat animus: cuius voti adeò sum auarus, vt tamen nec vllum putem reperiri posse, in quo perfectè hæc omnia sint; desiderio & cupiditate boni publici exsuperante vires. Quin & deberem aduersariorum (quorum fortè non paruus numerus) dicta refellere, qui mihi in his quæ dixi, gestiunt magis quam possunt.

B 5.

sunt.

sunt occurrere sermonibus. Verum huic parti exsequendæ pro suo merito hæc clepsydra nequaquam suffecerit, quæ iam pene tota exinanita est. Eam igitur ad aliud tempus reseruabo. Nam vobis, meo iudicio, satis erit si ad extremum hoc præcepero, quatuor aut summum quinque in Iuris professore requiri; artem dicendi & differendi, aut quod huic sermoni præuertit, naturæ saltem communem sensum, & perspicuitatem, docilitatem, ac, quod caput est, viri boni mentem & speciem. vter enim ex duobus pluribus vel dicetur melior mihi homo, is utique mihi erit & doctor melior: ac postremo legitimam electionem, & in hac re consentiens collegij iudicium & municipum ciuitatis, quorum est accire & nominare Doctores. Illorum est intueri & obseruare ne qui irrepant intrudanturve, qui ab ijs qui iam probati & selecti sunt dissimiles sint, his præsertim moribus & temporibus. Nam & certe nouimus; exemplumque sequimur

mur libenter Scipionis Aemiliani, cui cum
in Censura datus esset collega homo elum-
bis & eneruis vitæ, pro rostris dixit, Se ex
maiestate populi Rom. omnia gesturum,
siue sibi ciues collegam dedissent, siue non
dedissent. Ne qui etiam supra iustum nu-
merum, cum & hoc tempore amplius ærari-
um ciuitatis ferre non possit, admittantur.
Iustus, imò legitimus numerus, qui confici-
tur ex tribus: idque constat, cum ternarius
sit initium multitudinis: vnde & tridentem
τρίαιναν. Dionysius dixit *πλὺγλώχιναι*. Idemque
in Asia multiplicem Oceanum, qui tres dun-
taxat sinus habeat. Verbum quod ijs ad-
dam amplius non suppetit, nisi solemne il-
lud quod debemus Deo optimo maximo,
Maiestatem eius, venia petita, supplici voti-
uoque pectore adorantes, vt hoc maxime
tristi & exulcerato tempore, nos & studia
nostra commendata habeat: vtque pace sua
rem summam locet in solido & tuto: nósq;
pro sua clementia dignos habeat quos exau-
diat,

diat, per Iesum Christum Dominū nostrum:
Cuius rei ergo, si placet, in eum locum nos
conferamus, qui huius Scholæ & Vniuersi-
tatis supplicationibus præcipuè dicatus &
destinatus est.

Excepta ex ore dicentis,

Biturigis Cuborum.

6. Id. Octob.

Anno M. D. LXXXV.